

STOPPENBERG B.M.V. et St. Nicolaus

Stopen-, Stophen-, Stouphenberge, Stofenberch.

Quondam vicus juxta Essen, nunc iam diu suburbium vel potius pars illius. Dioec. Köln, nunc Essen.

Parthenon nobilis, praepositura. Cum pervetusta abbatia imperialis canonicarum saecularium in Essen virginibus ex alta nobilitate tantum fuerit reservata, orta saeculo circiter XII nobilitate inferiore (ministeriales), abbatissa fundavit in territorio suo duo alia asceteria pro filiis illius, nempe Rellinghausen et Stoppenberg. Primum videtur numquam fuisse regulare, quidquid dicant Lacomblet et Fabricius. Vide de eo infra sub „praetermissis“. Alterum vero diu regulam Praemonstratensem esse secutum authentice videtur constare.

Anno 1170 legimus de „fratribus de Stophenberge“ apud oratorium, quod abbatissa Sweneldis de Essen anno 1073 ibi erexerat. Hoc tempore asceterium Kappel O. Praem. quod multo ante, nempe inter annos 1131 et 40 ortum et statim non tantum paternitati, sed etiam directioni praepositi Stoppenbergensis fuerat subditum, proprium praepositum obtinuit., retento tamen jure paternitatis praepositi supradicti, qui hac occasione primum expresse ut „Ordinis Praemonstratensis“ designatur. Ex quo facto elucet, coenobium Stoppenbergense ad minus ante annum 1140 ab abbatissa de Essen probabiliter fuisse fundatum, et quidem, ut propter hoc maturum tempus supponere licet, tamquam monasterium duplex, quod certe, ut supra vidimus, anno 1170 adhuc fuit. Sed saeculo sequenti ibi fuerunt moniales tan-



tum. Quae in paucis illis diplomatibus, quae supersunt, pluries quidem designantur ut OSA, sed hoc nihil probat.¹

Ignoramus etiam, sub cuius paternitate hic parthenon stetit. Relationes cum vicina abbatia Hambornensi eum habuisse quidem constare videtur. Sed quia filia eius Cappel ei ab initio tam intime connexa, abbati Knechtstedeni erat subdita, idem possumus potius supponere de S. Ex archivis tamen illius abbatae nihil huiusmodi elucet. Adhuc ineunte saeculo XV verbum fit de professione, et regitur parthenon a praeposito et a priorissa, sed de relatione qualibet cum ordine nihil reperimus, nec occurrit nomen eius in indicibus et obituariis illius. Anno 1460 abbatissa Essensis voluit obligare canonissas Stoppenbergenses, ut iterum, tamquam pristinis temporibus, modo monialium sub iugo regularitatis viverent et vela assumerent.² Illae vero sunt protestatae, praetendentes haec omnia iam diuturna consuetudine esse obsoleta, et anno 1488 demum a Sancta Sede recognitae sunt ut canonissae saeculares. Ea tamen sub conditione, ut candidas vestes, quas usquedum portaverant, retinerent. Postremo vero nigris fuerunt vestitae. Deinceps ut alibi, verbi gratia in Elsey et in Edelstetten, ne umquam auctoritas quaelibet eas posset obligare ad vitam regularem illis tam odiosam iterum reverti, diligenter omnia documenta probantia, eas illi initio adhaesisse, probabiliter de medio tulerunt. Ideo de historia huius asceterii tam pauca et incerta tantum sunt nota. Canoniam saecularis suppressa est anno 1803, aedes claustrales destructae sunt anno 1826. Ecclesia romanica, in bello peracto aliquatenus ruinata, facta est parochialis. Nuper vero ei asceterium Carmelitarum Discalceatarum est adnexum.

Archivalia: StA Düsseldorf: 299 dipl. 1073/1805, quorum octo tantum sunt ante saec. XIV. Maior pars, sicut et acta (s. XV/XIX) referunt ad canoniam saecularem.

Bibliographia: Fontes ordinis nesciunt – BACKMUND, Neuere Forschungen 71/72 – CLEMEN II 3 (1893), 72/76 – FABRICIUS V 1, 91 – ILGEN II 45 f. – KNIPPING III 332, 509, 1865, IV 318, 442, 571 – LACOMBLET I 217, II 116, 147, 255, 1040 – MOOREN I 450 ff. – OEDIGER 314/15 – VERBEEK – Westf. UB III 159, 370 – A. EGER, Urkunden des Pfarrarchivs St. Nikolaus in Essen-Stoppenberg, (Beiträge zur Gesch. von Stadt und Stift Essen, Heft 81, 1965, 127/62) – E. ETTL, 900 Jahre Stiftskirche St. (Die Hei-

¹ Quod valet tantum pro saeculis XII/XIII. Anno 1359, tempore ergo quo designatio „Ord. Praem.“ pro coenobiis nostris erat communis, immo exclusiva, asceterium vocatur in diplomate quodam „O.S.A.“ (priorissa et conventus monasterii Ord. Sti. Augustini, SAUERLAND Nr. 539). Ex quo licet concludere, respectis his, quae supra diximus, asceterium tunc iam fuisse ordini alienatum, ut factum est saeculo sequenti in Weiher et Schillingskapellen.

² De mandato probabiliter archiepiscopi Coloniensis, Theodorici de Moers, de quo vide supra apud Köln Weiher et Schillingskapellen.

matstadt Essen, XXIV 1973, 113/16) – H. GAUL, Das adlige Damenstift St. (Das Münster am Hellweg IV 1951, 40/42) – N. HEINRICH, Das adlige Damenstift St. (ibidem XII 1959, 88 ff.) – N. HUMANN in ZBGV VII 1861, 61 ff. – R. JAHN, Etwas von St. und seiner Geschichte (Münster am Hellweg IV 1951, 40) – C. MEYER, Der Stoppenberger Schleierstreit, St. 1899 – IDEM, Geschichte der Bürgermeisterei St., 4. Aufl. Essen 1925 – H. TOMASZEWSKI, Die Stiftskirche von St. (Essener Volkszeitung 15. 8. 1937, Nr. 223) – D. WORBS, Die Stiftskirche in Essen-St. (Münster am Hellweg XIII 1960, 180 ff.).

VARLAR B.M.V. et St. Odulphus

Varle, Warlar, Vaar-, Vaer-, Varlere, Warlensis.
Prope Coesfeld, in Westfalia, Dioec. Münster.

Praepositura nobilis, inter annos 1193/1227 abbatia. Fundata est tamquam coenobium monachorum OSB pro monachis adventis ex Afflighem in Belgio, post annum 1093 a comite quodam Hermanno, qui forsitan fuit avus Godefridi fundatoris Cappenbergensis¹. Quibus monachis, probabiliter expulsis², iam ante ingressum illius in Cappenberg – ergo ante annum 1123 – substituti sunt Praemonstratenses ex archicoenobio. Initio praeerant magistri (ita Reynoldus an. 1126), primus praepositus qui in documentis occurrit, est Adalbertus an. 1139. Iam ante medium saec. XII Varlar subditur paternitati Cappenbergae. Varlar idem jus habuit in canoniam Wittewierum (Circ. Frisiae) in actu foundationis illius anno 1209. De congregatione, cui V. participavit saec. XII simul cum aliquibus canoniis Westfaliae et Saxoniae, vide supra notam sub Scheda. Authentice probari nequit, eam fuisse monasterium duplex. Sed tuto, hoc supponere possumus, maturam praesertim foundationem respicientes, quae hypothesis confortatur passu quodam in Vita Norberti B c. 32: „in quibus (scilicet in monasteriis Cappenberg, Ilbenstadt et Varlar) multorum fratrum et sororum usque in hodiernum diem viget congregatio“. Varlar, quae fuit semper minoris momenti quam aliae duae canoniae a Cappenbergensibus fundatae, fuit tamen sedes archidiaconatus. Parochias habuit incorporatas: Coesfeld St. Lambertus, Stus. Jacobus ibidem, Lette prope Coesfeld (non confundenda cum Lette prope Clarholz, ubi erat parthenon de quo supra), et Rhede. Habuit insuper prioratum in Deventer (Neerlandia) St. Niklaas op den Berg, qui fuit domus formata. Vide

¹ StA Düsseldorf, Steinfelder Akten 40/9 fol. 77 v. – Cf. NIEMEYER Viten 435.

² Secesserunt in Liesborn. Moniales, quae ibi fuerant, secesserunt probabiliter in Cappel, ubi normam Praemonstratensem assumpserunt. De quo parthenone vide supra.

de eo infra sub Circ. Frisiae. Canonica, in qua semper canonici pauci vixerunt in mala disciplina, anno 1803 suppressa est et principi de Salm-Horstmar addicta, ad quem adhuc hodie pertinet. Ecclesia anno 1679 de novo erecta, una cum parte monasterii post annum 1820 solo aequatur, stalla chori venerunt in ecclesiam S. J. in Coesfeld, ubi an. 1945 combusta sunt. Monasterium satis mutatum, est castellum supradicti principis.

Archivalia: Fürstl. Salm-Horstmarsche Rentkammer Coesfeld: vide Inv. Bd. I Heft III, Krs. Coesfeld, edd. L. SCHMITZ KALLENBERG, Münster 1904, pp. 68/71, 339/411 – Extensum hoc archivum continet inter alia (Tit. VII F. 36): „Catalogum librorum bibliothecae an. 1699“ et cartularium (Liber copiarum) eiusdem temporis, cum copiis 290 diplomatum s. XII/XV. StA Münster: ca. 25 dipl. s. XIII/XVII – StA Düsseldorf: Akten Steinfeld 40/9.

Bibliographia: BÄRSCH 1856, 91/93 – BÖRSTING cf. ind. – BÖRSTING SCHRÖER I 74, 140, 183, 202, 207/08 – BROM RegStUtr I 541, 591, 2679, II 38, 39 – BRUNS 196 – FABRICIUS V 1, 441 – GOOVAERTS I 96 – HHSD III 615 – HUGO Ann. II 1047, prob. 650/55 – IDEM, SAM Ep. Gerv. 60, 107 – Inv. nichtstaatl. Arch. I 281/99, I 2, 97 ff. – JL 8197, 8241, 8926 – Lettr. com. Jean XXII 29 516 – LThK X 495 – NIESERT I 4, 383, 387, II 141, 148/50, 292, IV 185, 204 – PAAS Kap. Sitz – IDEM, Prov. Kap. POTTHAST 15 433, 19 880, 20 100, 22 897 – RAMACKERS Adl. Stifte V 328/32 et passim – Reg. Honorius IV 7474 – RegImp V 726 – RepGerm II 265 – SAAL 52 – SCHMITZ KALLENBERG 77 – WAEFELGHEM 309 – Westf. UB I/II Nr. 1579, 2344, p. 143; Cod. dipl. Nr. 254 III Nr. 12, 237, 307, 489, 726, 745, 767, 770, 1206, 1367, 1802, V 38, 49, 57, 539, et cf. indd. – ZAK PAM – F. DARPE, Coesfelder Urkundenbuch, Co. 1897/1908 cf. ind. – IDEM, Güter- und Einkünfteverzeichnis der Klöster Marienborn . . . und Varlar, (Cod. Trad. Westfal. IV, Münster 1907 – L. FROHNE, Die Klosteranlage der Präm. in V. (Dona Westfalica, Festschr. für Georg Schreiber, 1963, 92/101) – H. NEUHAUS, Beiträge zur Gesch. der Grundherrsch. Varlar, Diss. Münster 1915 – G. NIEMEYER, Die Vitae des Gottfried von Capenberg, (NA XXIII 1957, 428 ff.). –

Series praesulum (WUB, RAMACKERS, NIEMEYER, Arch. Coesf.) nisi aliter notetur: praepositi

Raynoldus magister 1126	vocatur
Otto v. Capenberg?	Jordanus abbas 1193/1209
Heinrich v. Coesfeld?	Henricus abbas
Engelbert?	Bertrannus abbas ³
Albert 1137/46	Friedrich 1227/34
Werenbold 1153/59	Werner ca. 1230
Hermann 1160	Liborius 1240/48
Werenbold 1163/86	Nikolaus 1241
tum abbas, tum praepositus	Macarius 1260

³ Occurrit tantum in Obituario Prémontré, 29. VIII. 12., ut Bertrannus abbas. Ergo in hunc periodum est ponendus.

Wilhelm 1260/76 res.	Gerhard v. Eschede 1568/91
Friedrich v. Bürse 1275?	Heinrich v. d. Capellen 1591/1606
Johann 1280/1303	Arnold v. Grubbe 1606/15
Nikolaus 1310	Melchior v. Voß 1615/17
Gerhard Brinking 1316/ca. 46	Jodok v. Hees 1617/58
Hermann v. Rost 1346/66	Ludolf v. Budtberg 1658/65
Gerhard v. Brabant 1366/76	Walter v. Beverförde 1665/66
Rembold Pepersack 1378/80	Johann v. Hoevel 1666/80
Albert 1395/1406	Georg Theodor v. Nagel 1680/96
Johann v. Schonenberge 1411	Christoph Ferdinand v. Nagel
Dietrich v. Schedelich 1433/41	1696/1730
Johann v. Scheda 1442/57	Arnold Rhaban v. Schilder 1730/38
Friedrich v. Bürse 1472/84	Ferdinand v. d. Wenge 1738/50
Johann v. Bürse 1484/1525	Leopold v. Rübell 1750/58
Gerhard v. Rhemen 1528/52	Ferdinand v. Etzbach 1758/66
Heinrich v. Diepenbrock 1552/66	Joseph Wilhelm v. Eschede
Johann v. Vaget 1566/68	1767/1801 (ultimus)

WENAU St. Catharina

Wen-, Wynnowe, -awe, -ouwe, -augia, Wyennauwen.
Prope Langerwehe, Rhenania, Dioec. Köln, nunc Aachen.

Initio hic fuit, quod est vere extraordinarium, ecclesia collegiata duplex, consistens ex personis religiosis utriusque sexus, qui vixerunt absque votis, et regulam sic dictam „Aquisgranensem“ forte observantes. De fundatore nihil authentice constat. Varii auctores ex necrologiis et aliis fontibus putant se invenisse diversa de hac re. Abbas Floreffiensis, comites de Monschau, de Hinsberg, de Limburg enumerantur ut fundatores¹. Quibus ad jungit traditio legendaria comites de Laufenburg et Merode. Candels putat, potissimum comites de Limburg fundasse hoc monasterium, et quidem circa annum 1120, quod non diu postea transiit ad Ordinem Praemonstratensem sub tutela abbatis Floreffiensis. Documenta antiquiora incendiis et negligentia perierunt, ideo de historia eius scimus nonnisi pauca. Remansit autem praepositura et monasterium duplex, magis magisque reservatum nobilitati. Secun-

¹ Everardus abbas Steinfeldensis (1208/11), qui in Obituario Praemonstratensi I 4. IV indicatur ut „fundator Winaugiensis“ vix fuit fundator, sed forte benefactor seu reformator.

dum traditionem sectio masculina translata est paulo post annum 1340 in vicinum Schwarzenbroich, canoniam Ordinis Stae. Crucis, a comitibus de Merode hoc anno fundatam. Anno 1490 peragitur reformatio, abrogatur munus praepositi, cui prior ad nutum abbatis Floreffiensis substituitur. Iste annis 1542–1606 eligitur a monialibus, deinde restituitur status quo ante. Ad tempus fuit sub Knechtsteden, et sub Steinfeld. Anno 1561 combustum est, dein definitive (1665) revertit sub paternitate abbatis Floreffiensis. In bellis a saeculo XVI usque ad XVIII passum est aerumnas et vexationes usque ad ruinam. Anno 1533 50 sorores fuerunt in domo. An. 1656 moniales conatae sunt se submittere abbati de Kornelimünster OSB. Parochiae jure patronatus dependentes: Langerwehe, Kottendorf, Gevenich, Nothberg. Anno 1802 suppressum est. Ecclesia facta est parochialis, pars monasterii deleta est. Monumenta artis mediaevalis ibi supersunt, quae sunt spectabilia.

Archivalium maior pars periit. 21 diplomata tantum supersunt in StA Düsseldorf. CANDELS dat 61 regesta diplomatum, quae de hoc monasterio tractant, sed quae in diversis archivis sunt dispersa. – Stadtarch. Düren: Necrologium anni 1691 (edd. OIDTMANN o. c.) – 7 MSS in Musée Archéologique de Namur (s. XIII) – Pfarrarchiv Wenau: Bruderschaftsbuch und Direktorium.

Bibliographia: BÄRSCH 1856, 106/08 – BINTERIM MOOREN I 99 – CLEMEN IX 1, Krs. Düren 1910, 333/43 – FABRICIUS V 1, 75 – HHSD III (1a ed. 1963) 646 – HUGO II 1159, prob. 713/14 – JOESTER Urkb. cf. ind. – KAISER 38 f. – KNIPPING III 377 – LACOMBLET II 104, 874 – Lettr. Jean XXII 45 279 – LThK X 818 – OEDIGER 324/25 – PAAS Beschl. – IDEM, Kampf – IDEM Prov. Kap. – IDEM VisBer – PODLECH III 156/61 – REDLICH I 45, 49, 50, 53, 59, 63, 94, 195, II 1, 806 ff. – SAUERLAND II 1723 – SCHORN II 654/69 – TILLE II 287 – VERBEEK – WAEFELGHEM 321, 381 – ZAK PAM – V. BARBIER, Histoire de l'Abbaye de Floeffe, Namur 1892, I 27, 346, 361 – IDEM, Réforme du monastère de W. vers la fin du XVe siècle (Anal. Hist. Eccl. Belg. IX 1872, 487/95) – Beiträge z. Gesch. von Eschweiler u. Umgeb. I/II, Eschw. 1875/85, I 78, 332 – M. M. BONN, Geschichte des Geist- und Freiadelichen Klosters W. sowie geschichtliche Nachrichten über die Kirspelskirchen Langerwehe und Geuenich und der Filiale Conzendorf, Düren 1866 – H. CANDELS, Das Präm. Stift W. (Veröffentl. d. Bischöfl. Diözesanarchivs Aachen XXXIII, Münchengladbach 1974) – IDEM, Das ehemal. Präm. Nonnenkloster W. (Rheinische Kunststätten 203, Neuß 1977) – N. FAIDER, Catalogue des MSS conservés à Namur, Gembloux 1934, 576 – W. FUSS, Beiträge zur Gründungsgeschichte des Klosters W. (Dürener Heimatblätter 1928) – IDEM, Ergänzungen zur Gesch. des Klosters W., ibidem 1930 – G. KUBACH-VERBEEK, Roman. Baukunst an Rhein und Maas II, Berlin 1976, 1218 f. – H. KUEPPER, Couvensche Einrichtungsteile in der ehemal. Prämonstratenserinnenkirche zu Wenau (Aachener Kunstblätter XXIX 1964, 193/215) – T. LAUFENBERG, Die Gründungssage des Klosters Wenau im Licht der Geschichte (Dürener Heimatbl. 1927) – Mitteilgn. d. Ver. für Aachener Vorgesch. X 1898, 101/11, XI 11 – E. v. OIDTMAN, Das Memorienbuch des Klosters W. (ZAGV IV 1882, 251/317) – C. H. PFITZNER, Das ehemal. Prämonstratenserinnenkl. W. (Rhein. Kunststätten Reihe 1, Aachen-Dürener Land Nr. 15, Düsseldorf 1940) – K. SCHIFFERS, Die Gründungssage von W. (Dürener Heimatbl. 1927, 114) – A. VERBEEK, Romanische Prämonstratenserinnenkirchen am Niederrhein (Festschr. f.

Graf Wolff Metternich, Neuß 1974) – AHVN II 143, III 106, LV 266, LVII 259 – ZBGV XV 102 – ZAGV I 178 – Necrologium edd. OIDTMAN o. c.

Series praesulum (CANDELS)

1. Praepositi

Gottfried v. Lauffenburg 1122?	Wilhelm 1345
Jakob 1180	Gottschalk 1349
Everhard 1185	Werner 1381
Johann 1190	Johann v. Neuß 1389
Gottfried 1208	Johann 1410
Johann v. Löwen ante 1268	Mathias 1422/25
postea abb. in Rommersdorf, Sayn	Antonius 1439
et Steinfeld, † 1279	Werner v. Roir 1440/55
Gottschalk 1268	Johann v. Zons 1465/77
Gottschalk 1278 (idem?)	Albert, Heinrich v. Deuren, Gottfried, Lambertus, Petrus, Jakobus in
Dodo (Drudo?) 1301	necrologio tantum occurrunt, nec
etiam abb. in Sayn et Hamborn	possunt inseri.
Reinhard 1289	

2. Priores

(Ab anno 1490, tamen iam occurrunt antea praeter praepositum, ut Petrus von den Ketten 1278, Johann v. Schleiden 1483).

Peter v. Münstereifel 1503/04	Laurentius Minet 1680/1705
Friedrich 1519/20	Petrus Bertrand 1705/12
Heinrich v. Vettweiß † 1545	Wilhelmus de La Haye 1713/25
Tilman v. Reichenstein 1549	Ludovicus Theys 1725/28
Johann v. Dorsten 1547/49, † 1579	Henricus Henrotay 1728/52
Werner Heuschreiber 1560/81	Johannes Dockens 1757/61
Medardus Winrich –1606	Godefridus Dudart 1761/88
Heinrich Westhaus 1609/16	Severinus Lamberts v. Geldern
Johann Esser 1621/27	1790/1802, † 1814
Gottfried Heymanns 1627–1672	

Series magistrarum et priorissarum

(Alheidis 1122?, Elisabeth v. d. Pesch 1389, Jutta v. Hetzingen 1389 et Jutta v. Schoppendorf 1477/92 priorissae. Sequentes priorissae, eiusdem probabiliter epochae, nequeunt inseri: Margaretha v. Berchenrath, Elisabeth v. Bur, Guda v. Hasenvort, Bela v. Hasenvort, Elisabeth Wels, Agnes, Beatrix, Bertha, Elisabeth, Jutta, Catharina, Mechtildis)

Margarete v. Fleck 1492/1506	Anna Katharina v. Blittersdorf
Elisabeth v. d. Pesch 1506/16	1663/77
Catharina Bestoltz 1516/40	Anna Katharina v. Mockel 1677/98
Maria v. Streithagen 1540/58	Anna Josepha v. Jaentzen 1698/1706
Catharina v. Zevel 1558/74	Maria Agnes v. Rohe 1706/26
Margareta v. Loevenich 1574/87	Johanna Katharina v. Wymar
Agnes v. Lülldorff 1587/1604	1726/47
Catharina v. d. Mahr 1604/16	Agnes Klara v. Wittmann 1747/79
Christina v. Loevenich 1617/57	Maria Justina v. Waldmann 1779/99
Maria v. Beeck 1657/62	Maria Josepha Bachofen 1799/1802

WESEL B.M.V. et S. Joannis Baptistae

Wisela, Wesalia, Wesalensis, Oberndorf, Aver-, Averndorp, Altum monasterium.

Civitas ad Rhenum inferiorem, non longe a Xanten, Dioec. Köln, nunc Münster.

Godefridus comes et fundator Cappenbergensis circa annum 1125 donavit curiam suam in Averndorp prope Wesel canonie Cappenbergensi. Otto praepositus ibidem circa annum 1150 eo transtulit partem sororum juxta coenobium suum degentium¹. Capella novi parthenonis anno 1155 vel paulo post est consecrata. Mansit sub paternitate Cappenbergae, sed ad tempus stetit sub Knechtsteden. Parochiae incorporatae jure patronatus: Hulhusen, Brünen 1271, Wesel St. Willibrord 1277. De historia interiore huius asceterii nobilis, in quo quasi semper vixit mala disciplina, pauca scimus. Anno 1542: 18 canonissae. Anno 1585 maior pars earum iam fuit lutherana. Bienio post monasterium destructum est a civibus, canonissae refugerunt in monasterium evacuatum OSA in civitate ipsa, et ibi paulatim consuetudines ordinis dereliquerunt. Anno 1626 ab abbate generali est suppressum et mutatum in canoniam virorum. Sed abbas vix nominatus, Jean Fraissinne natione Belga, et „haereticis aequae ac catholicis pariter exosus“, iam anno 1629 expulsus est et parthenon ab Electore Brandenburgensi in favorem nobilitatis restauratus. Post mortem ultimae magistrae catholicae anno 1637 legaliter – inconsulto tamen ordine – in abbatiam canonissarum saecularium est

¹ Prima vice occurrit asceterium in bulla Eugenii III pro canonie Cappenbergensi et pro sororibus in „Wisela“, quam Jaffe putat esse de anno 1145, Niemeyer vero o. c. de anno 1153.

versus, et quidem simultaneam, praevalentibus protestantibus. Quarta pars praebendarum fuit deinceps catholica, et tertiam abbatissam lutheranam secuta est una catholica. Vita communis omnino fuit derogata. Anno 1802 suppressa est. Aedificia nulla supersunt.

Archivalia: StB Berlin: Cod. Boruss. oct. H. EWICHII, Enchiridium Collectaneorum de Statu Patriae Cliviae nostrae sub Romanis – Stadtarchiv Wesel: Caps. 190, 7; 144: 7 – StA Düsseldorf: 7 dipl. 1233/1666, 3 cartularia s. XV/XVI, 2 necrologia s. XVI/XVII, 41 fasc. acta, protocolla, registra. In cartulariis sunt copiae 178 diplomatum.

Bibliographia: BÄRSCH 121/30 – BINTERIM MOOREN III 1, 166 – CLEMEN II 1, 139 – EWALD 45 – HUGO II 1177 – ILGEN 118 f. – JOESTER Urkb. cf. ind. (Oberndorf) – LACOMBLET II 609, IV 668, 673 – OEDIGER 268/69 – PAAS Besch. – IDEM, Kampf – IDEM, Kap. Sitz – IDEM VisBer – FABRICIUS V 1, 307 – PODLECH 161/64 – v. STEINEN 35/37 – VERBEEK – WAFFELGHEM 329 – WestfUB II nr. 1795 – ZAK PAM – J. BARBIER, Necrologe de l'Abbaye de Floreffe (Analectes pour servir à l'Histoire Ecclésiastique de Belgique, XIII 1876, 198/201. De abbate Fraisinne) – V. BRAUN, Geschichtliches Wesel I 41, III 13, 16, 17, 19, 21 (imagines) Köln 1976 – N. EUSCHIUS, Vesalia (1668) 18 – J. GANTESWEILER, Chronik der Stadt Wesel, W. 1881, 27/29 – J. HEIDEMANN, Statut des Stiftes Wesel von 1666 (ZBGV V 1868, 201) – IDEM, Die Villa Wiselensis und die Curtis Wiselensis und ihr Verhältnis zu den Grafen von Cleve bis 1241 (ibidem V 1868, 191) – N. ILGEN, Quellen zur inneren Geschichte der rheinischen Territorien. Hzm. Kleve (Publ. der Ges. f. Rhein. Geschichtskunde XXXVIII 1921, I 227/29) – G. NIEMEYER, Die Viten des Gottfried von Cappenberg (NA 1967, 437/43) – A. WOLTERS, Reformationgeschichte der Stadt Wesel, W. 1860, passim. –

Series priorum

(Ramackers Adl. Stifte; HSta Düsseldorf Urkundenfindbuch Oberndorf Wesel, Joester)

Lambert 1233	Hermann Königsberg 1420/45
Bernhard 1271	Johann Harmen 1434/71
Johannes 1280/82	Lubbert Diepenbrock 1469/78
Macharius Grothus 1299/1316	Gottfried Frydach 147/94
Wilhelm v. Landsberg –1343 postea praep. in Cappenberg	Goddert de Haen 1498/1509
Albert Droste Vischering 1 ^o 1366	Johann Droste Schwenckhausen 1512/35
Johann Aplerbeck 1375/78	Ernest Torck 1536/40
Albert Droste Vischering 2 ^o 1393/96	Marcus van den Hove 1541/43
Arnold Boenen 1397/1407	Joannes Fraisinne, abbas 1627/29
Bernhard Schmeling 1407/20	

Inseri nequit (Necr. Ste. Marie du Bois)

Adalbertus praepositus 15. IV

Priorissae (HStA Düsseldorf l. c.)

Adelheid 1271/80	Theodora Poyck 1503
Jutta 1397/1439	Jutta van Loesen 1524/38
Lutgard v. Rothausen 1441/62	Katharina von der Recke 1540/43
Maria v. Diepenbroick 1443/44	Margareta von Husen 1568/77
Eva van Saelbrugge 1471/98	N. v. Plettenberg 1741

WÜLFERSBERG B.M.V., SS. Michael et Petrus

Vlseberc, Ulfeberc, Wulfers-, Wulffersbergh, Cella in Monte Sti. Michaelis.¹
In distantia horae quadrantis a canonia Rommersdorf, Dioec. Trier.

Parthenon, prioratus. Sorores monasterio duplici Rommersdorf adnexae iam a primo abbate illius Dietrico (1135–45) inde translatae sunt in vicinum W. ubi arcte in posterum matri abbatiae manserunt ligatae. Engelbertus abbas († 1180) nominavit proprium „coenobiarchum“ in W., qui postea prior appellatus est. Parthenon qui fuit nobilis, postremo factus est sui juris quoad bona sua spectabilia, et possedit ecclesiam Kurtscheid, jure patronatus dependentem. Anno 1521, cum una sola superesset monialis, propter collapsum suppressus est ab abbate Rommersdorfiensi, qui vertit eum in curiam et univit bona eius canonicae suae. Anno 1595 asceterium plane desolatum denuo reparatur ut residentia Joannis Urbar abbatis resignati. A Suecis an. 1626 devastatum, anno 1655 denuo partim saltem redintegratum est. Remansit peregrinatio ad capellam. Hodie loco eius est capella in fine saec. XVIII erecta, reliqua solo sunt aequata.

Archivalia: StA Koblenz 1 dipl. originale, 2 copiae 1329/1555. Vide praesertim archivalia Rommersdorfiensia.

Bibliographia: AUSFELD 93 – BÄRSCH 121/30 – BEYER ELTESTER GÖRZ III 260 – BROWER MASEN II 17, 22 – BÜNGER 21, 33, 43, 150, 200 – EWALD 45 – FABRICIUS V 2, 220 – FORM. PR. 233 – GÖRZ REG. III 66, 83, 97 – HHSD V 417 – HAUCK IV 1012 – HUGO II 1177 – STRAMBERG Rh. Ant. III 1593 – WAEFELGHEM 329 – WICHNER Rotuli – ZAK PAM – NEU/WEIGERT, Kunstdenkmäler des Kreises Neuwied, Düsseldorf 1940, 438 – F. SEUSER, Das untergegangene Nonnenkloster W. b. Gladbach (Heimatblatt und Geschichtschronik für die ehemaligen Wiedschen und Nassauischen Lande XV,

¹ Catalogi circariarum saec. XIII/XIV distinguunt inter Montem Sti. Michaelis et Altenberg, quos attribuunt Circariae Vadegotiae, dum omittant Wulfersberg. Forte ambo asceteria hoc nomine designabantur, quia et Altenberg sic vocabatur. Jaffe Loewenfeld 13394 enumerat ut filias Rommersdorfienses: Cella Consilium Dei (= Retters), Cella in Monte Sti. Michaelis (= Altenberg) et Cella in Wulfersberg.

Monasticon Praemonstratense, Editio Secunda, 1983

1936, 43/45) – H. VOLK, *Gesch. d. Pfarreien der Diöz. Trier*, Tr. 1932, II 320, 372 – J. WEGELER, *Gesch. der Abtei Rommersdorf*, Koblenz 1882, 81/83 – A. P. WINNEN, *Kapelle, Kloster und Hof zu W. Ein fast vergessenes Heiligtum* (*Heimat. Jahrbuch des Landkreises Neuwied*, 1971, 87/91). –

Series priorum (BÜNGER, LHA Koblenz)

Joannes 1495

Jakob Pistor 1537

Gotthard v. Herschbach 1527

Series magistrarum

Richza de Wied 1243

Gertrud 1489

Metildis 1276

Elspet v. Kaldenborn 1516 (prio-
rissa)

Else v. Winningen 1393²

Gutta 1447 (priorissa)

ZYFFLICH St. Martinus

Siflick, Zephlich, Selecensis, Sevelica, Seffelingen, Zeevelich.

Prope Kranenburg, Rhenania, in limitibus Hollandiæ, Dioc. Köln.

Fundatus est ut monasterium O.S.B. a comite quodam Balderico inter annos 1002 et 21 (1010?), dein ecclesia collegiata. Secundum epistolas Udalrici praepositi Steinfeldensis Eugenius PP. III inter annos 1150 et 53 canonicis saecularibus (valde quidem recalcitrantibus) Praemonstratenses substituit. Fridericus I Imperator non obstante protestatione Hadriani PP. IV hanc mutationem iterum derogavit, restituens statum quo ante. Anno 1179 Zyfflich denuo est ecclesia collegiata, et manet usque ad suam suppressionem anno 1802. In aliis documentis eatenus nihil est inventum de hac brevi adhaesione ad ordinem, nec occurrit in catalogis, apud Hugo vel in alio quocumque ordinis fonte.

Archivalia ad ordinem nostrum non referunt.

Bibliographia: BÖRSTING SCHRÖER I 334 – CLEMEN Krs. Cleve I 4, 157 – Germania Sacra, 3. Abt. Bd. I das Erzbistum Köln, Archidiakonat Xanten, erster Teil (1938), 185/86 – ROTH eptas. 34 et 51 – ZAK PAM 24 – W. G. FEITH, Het kapittel van St. Martinus te Zuyfflich (Bijdragen en mededeelingen der vereeniging „Gelre“ XXVIII 1925, 51/53) – PAAS in AHVN XCIV 1913, 28/29 – JOESTER Urkb. Steinf. Nr. 34, 51, 59.

² Juxta eam occurrit eodem anno „Nyngen priorissa“ (StA Koblenz Bestand Rommersdorf 224 Nr. 20).

DUBIA

AFTHOLDERBACH B.M.V.

Prope Miehlen in districtu St. Goarshausen, Dioc. Trier, nunc Limburg. Afthulder-, Affolterbach.

Hic videtur extitisse parthenon ab Arnstein dependens, ad tempus saltem, circa annum 1200. Occurrunt nempe in Necrologio Arnsteinensi una magistra et sex „sorores nostrae de Affolterbach“. De vicino parthenone Denighofen, quem ex eodem necrologio novimus, vide infra sub „Praetermissis“. Anno 1222 Aftholderbach de novo est fundatum et dotatum a Ruperto comite Nassoviensi, et quidem pro monialibus Cisterciensibus. Instrumentum originale huius foundationis non superest, opinamur tenorem eius tantum ex indice quodam archivi saeculi XVI. Aliunde de origine huius asceterii nihil scimus, ergo putandum est has moniales Praemonstratenses, quas ibi, teste necrologio Arnsteinensi, initio degisse potuerunt, aut esse extinctas ante annum 1222, aut, quod est probabilius, transiisse ad Ordinem Cisterciensem. Sub hac regula floruit usque ad saeculum XVI.

Archivalia: Staatsarchiv Wiesbaden.

Bibliographia: Fontes ordinis nesciunt – BECKER 40 – BROWER MASEN I 121 – KREMER I 427, Nota 1 – SPONHEIMER 223 – VOGEL 417.

CAMP

Prope Boppard, ad Rhenum, Dioc. Trier, nunc Limburg.

Parthenon, fundatus anno 1387, nulli ordini adscriptus, a magistra directus. Anno 1607 jurisdictioni abbatis Rommersdorfiensis subditur „parthenium in Camp sive Clusa, in quo sorores augustinianae quasi tertiae regulae habitant“. Tunc abbas misit „Statuta O. Praem. den susteren ins Kloster Camp“. Anno 1656 abbas mittit eo confessarium „ad sanctimoniales nostras ibidem habitantes“. Habemus ergo hic eandem relationem cum ordine, ac habuerunt asceteria Marienstern et Antonigartzem, de quibus supra, antequam in ordinem sunt recepta. Camp nunquam de jure pertinuit ad ordinem, sed subfuit jurisdictioni eius, et saltem saeculo XVII videtur vixisse secundum eius statuta, ergo potest aliquo modo designari ut asceterium ordinis. Saeculo XVIII vero usque ad suppressionem anno 1803 habetur ut asceterium tertiae regulae Sti. Francisci.

Archivalia: Staatsarch. Koblenz 3 VII 1 No. 125, Urkundenbuch Rommersdorf S. 577, 601, 616.

Bibliographia: BACKMUND, Neuere Forschungen 68/69 – HUGO II 694 – LOTZ SCHNEIDER 54/57 – WEGELER v. Rommersdorf 61.

FRAUENKRON B.M.V.

Corona Stae. Mariae. Prope Berk, in districtu Schleiden, Dioec. Köln.

In territorio abbatis Malmundariensis OSB (Malmedy) anno 1253 fundatum est ut asceterium O. Cist. Possedit patrocinium in ecclesia parochiali de Allendorf. Sed dotatio adeo fuit parca, ut octo reliquae sorores anno 1289 domum suam cum bonis tradiderint abbatis Steinfeldensi: „... cum coenobium nostrum tam in personis quam in temporalibus et spiritualibus destitutum ... quasi omnino evanuerit, ita quod adicere non valeat, ut resurgat ... ut divinus cultus in dicto coenobio non pereat ... ad manus et utilitatem ... abbatis de Steynvelt ... titulo donacionis pure ... et irrevocabilis ... conferimus et donamus“. Ex quibus concludi potest, abbatem Steinfeldensem saltem conamen non intermisisse, ibi vitam conventualem proseguere. Atqui anno 1300 asceterium cum omnibus bonis Ordini equitum Sti. Joannis donavit. Intervallum 11 annorum insinuat, quod Steinfeldia nihil omisit ad salvandum asceterium pro proprio ordine, quod tentamen vero non successit.

Fontes: LHA Koblenz Urk. Abt. 29 E, Nr. 1 et 2 – HHSD III 2101 – JOESTER Urkb. Nr. 197.

FREIENOHL

Prope Arnsberg, quo translata est saec. XII pars sororum Arnsbergensium. Postremo vero omnes translatae sunt in Rumbeck.

Fontes: HOYNCK, Geschichte der Pfarrei und des Dekanats Arnsberg (Hüsten o.J.) 270 – SCHMITZ/KALLENBERG 26.

FRÖNDENBERG

Prope Soest. Anno 1197, Papa confirmat coenobio Scheidensi possessionem „domus“ in F., fundatae a Bertholdo canonico de Scheda. Iam anno 1230

vero ibi fundatur asceterium O. Cist, cui Scheda bona sua ibi sita vendit anno 1254.

SCHMITZ/KALLENBERG 26.

HUCKARDE

Prope Dortmund, cui nunc est incorporatum. Ibi iam an. 1274 vixit virgo quaedam eremita. Anno 1486 vero hoc eremitorium occupatur a 12 monialibus ex parthenone Stae. Catharinae in Dortmund. Ceteroquin nihil scitur hac de re.

Bibliographia: N. RÜBEL, Dortmunder Urkundenbuch II 398 – LUDORFF, Landkr. Dortmund – SCHMITZ/KALLENBERG 38.

PRAETERMISSA

ADENRODE

Prope Montabaur, Dioec. Trier. Datum est abbatiae Rommersdorfensi circa annum 1260 a Brunone de Isenburg ad fundandum asceterium. Quod vero fuit absque eventu. Postea facta est curia praefatae abbatiae.

WEGELER (v. Rommersdorf) 34/36.

ASSOTUM

Moniales, Dioc. Köln, filia de Steinfeld. – Sic Lairuelz p. 402, et Wae-felghem 18. Nunquam existebat. Probabiliter idem est ac Marienstern, de quo vide supra. Potest nempe esse adulteratum ex literali traductione pro Essig (acetum). Tempore quidem Lairuelii (1606) hoc monasterium directioni ordinis iam fuit subiectum, sed nondum de jure ei fuit unitum. Quod vero insertionem eius in aliquem catalogum non plane excludit.

BEDLINGEN

Sive Bedilinger. Dioc. Köln, prope Werden an der Ruhr. Parthenon fundatus anno 1146 a comitibus de Mark, filia de Scheda. Sic habent Hugo I 245,

et Waefelghem 24. Revera idem est ac Berentrop. Bedilinger est falsa lectio pro Bertilingtor(pe), una ex formis, sub quibus Berentrop in diplomatibus occurrit.

BERENDORF

Secundum Hugo 1325 et Fabricius 346 erat domus sui juris, fundata anno 1146 ab equitibus de Ardey, sita apud Werden a. d. Ruhr, Dioc. Köln. Revera Berendorf erat vicus prope fluvium Ruhr et canoniam Scheidensem, quae possessiones et iura ibi habuit. In diplomatibus saepe occurrit, propterea ob similitudinem nominis a multis confusum est cum Berentrop, alii vero, ut supra allati auctores, id habebant pro monasterio.

BERGISCH GLADBACH

Prope Coloniam. Secundum Fabricium V 1 318, et 2 216 fuit prioratus O. Praem. De facto numquam exstitit, et calamo velociter scribentis tantum est tribuendum, est nempe confusio cum Dünwald. Cf. Backmund, Neuere Forschungen 76.

BOTTENBROICH

Dioec. Köln, non longe ab ipsa metropoli. Parthenon O. Cist 1234–1448, dein usque ad annum 1802 prioratus monachorum eiusdem ordinis. Secundum FABRICIUM I 25 erat O. Praem. Unicus fons illius pro hac re est assertio prioris L. Axer O. Cist. in sua „Descriptione brevi originis monasterii B.M.V. in Bottenbroich“ (1644, cf. AHVN XXVII 1874 p. 380): „Godefrius quondam praepositus in Münstereifel comparata villa in B. a monialibus in Füssenich, ibidem conventum monialium instituit“. Ex quibus verbis fundatio pro monialibus O. Praem. nequaquam concludi potest. Authentice notum est, hoc asceterium ab initio fuisse O. Cist. quod iam probant SCHORN I 304/12, PODLECH III 3, et KNIPPING II 882, I 112 – Cf. F. W. NOLL, Heimatkunde des Kreises Bergheim, Oberlahnstein 1928, 224/25.

CITHEM

Dioc. Osnabrück, moniales, filia de Klarholz. Hugo I 517, Waefelghem 60, Brunner 770. Revera est corruptela pro Lette.

DENIGHOFEN

Deninchoven, prope Marienfels, Nassau, Dioc. Trier, nunc Limburg.

Sedes familiae nobilis huius nominis, quae in bello XXX annorum extincta est. Saeculo XIII videtur hic extitisse ad breve tempus parthenon sub directione abbatis Arnsteinensis. Invenitur nempe in necrologio illius canonicae (ed. BECKER) sub die 18a nov.: Hatzke, Gertrudis sororum nostrarum in Denechoben. Unica est haec mentio hac de re. Ergo vix est probabile, hanc domum sororum vere fuisse formatam, vel plus fuisse quam stationem transitoriam in actione transferendi sorores Arnsteinenses in alia loca, a viris remotiora.

Literatura: Fontes ordinis nesciunt – VOGEL 529 – SPONHEIMER 229.

ERP

Prope Zülpich, Dioc. Köln. (Vitetur confusio cum Erp in Brabantia, ubi erat curia abbatae Bernensis.) Secundum Dumont p. 5 et 37 hic erat parthenon O. Praem. Fabricius II 636 et Grote p. 141 errorem ab illo transsumpserunt. Revera numquam exstitit. Cf. Backmund, Neue Forschungen, p. 76, et Waefelghem 381. Cum postea fuerit parochia abbatae Steinfeldensi incorporata, forte ibi erat ad tempus prioratus illius aliquibus canonicis consistens (PAAS, Steinfeld, passim).

FÜRSTENBERG

Juxta oppidum Xanten, Dioc. Köln. Antiqua proprietas familiae de Gennepe, ex qua ortus est ipse fundator Norbertus, qui ibi et post conversionem suam per aliquod tempus vacabat orationi et paenitentiae. Postea frater eius, probabiliter de rogatu Norberti, eam dedit abbatae Siegburgensi O.S.B., quae ibi cellam, circa annum vero 1190 asceterium sui ordinis erexit. In posterum

transiit ad ordinem Cisterciensem, sub quo floruit usque ad annum 1803, sed numquam nostro erat adscriptum, ut putat Hugo I 692. Confer Wae-felghem 92, qui ipse dubitat, Backmund in Anal. Praem. VII (1931) 175 et nuper Engelskirchen ibidem XXIV (1948) 158.

GREFRATH

Prope Kempen, Dioc. Köln. (Vitetur confusio cum Gräfrath prope Solingen, quod erat parthenon O.S.A.) Secundum Fabricium I 279 ibi fuit praepositura O. Praem., fundata a Knechtsteden. De facto videtur fuisse fundatio quidem intenta, sed abortiva. Ecclesia parochialis de Grefrath anno 1177 ab Adelheide comitissa de Molbach destinatur „ad substituendum in ea canonici ordinis (scil. Praem.) fratres“, qui gauderent jure eligendi sibi „pastorum proprium“ electione libera et canonica. Ecclesia dein ad minus ab anno 1227 fuit possessio abbatae Knechtstedensis, diploma huius anni nempe loquitur de „fratribus in Greverode“. Sed tamen videtur numquam ibi fuisse verus conventus sui iuris, quia neque in documentis Knechtstedensibus nec alibi unus quidem prior vel praepositus de Grefrath occurrit. Deinceps duo canonici de Knechtsteden curam animarum in Grefrath exercuerunt.

Literatura: BACKMUND, Neuere Forschungen 76 – EHLEN, Knechtsteden 7 – NORRENBERG, Geschichte der Herrlichkeit Grefrath (1875).

HAMELN

In prov. Hannover, Dioc. Minden. „Prior Hamelensis, Ord. Praem.“ scripsit epistolam ad Sanctam Hildegardem, quae habetur apud Migne P. L. t. 197, c. 302. Revera numquam erat ibi monasterium ordinis nostri. Saeculo XII tamen existerat in Hameln prioratus monachorum O.S.B., Sto. Bonifacio dedicatus, et dependens ab abbacia Fuldensi. (Cf. Hoogeweg, Niedersachsen, p. 50). – Falso ordini nostro attribuitur a Cottineau 1375. Cf. Wae-felghem XIV.

HIMMELPFORTE

Prope Neheim, Westfalia. Asceterium O. Cist, quod Grote perperam dicit fuisse O. Praem. GROTE 239 – SEIBERTZ Urkb. I 252

KOTTENFORST

Prope Godesberg, Dioc. Köln. Ab anno 1450 Marienforst nuncupatur. A quibusdam auctoribus inter asceteria O. Praem. recensetur, praesertim ab A. Wiedemann in sua „Geschichte der Stadt Godesberg“ (Godesberg 1920) p. 310/16. Wiedemann adducit ad probandam suam thesim, Kottenforst a Füssenich fuisse fundatum, passum quendam apud Hugo I 694. Revera ille passus contrarium probat. Ceteroquin omnia documenta, quae de hoc asceterio e tempore ante traditionem illius ad ordinem Stae. Birgittae (anno 1450) supersunt, loquuntur tantum de monialibus ord. Sti. Augustini, quae sub magistra ibi vivunt. Hoc non quidem esset argumentum satis stringens, sed de relatione cum ordine nostro nullibi aliquid invenitur.

Literatura: CLEMEN V 3 (Krs. Bonn) 314/15 – J. HENNES in AHVN XXXII 72/87 – BACKMUND, Neuere Forschungen 75 – LACOMBLET II 829. Th. NYBERG, Birgittinische Klostergründungen des Mittelalters, Leiden 1965, pp. 129/34.

LEEDEN

Prope Tecklenburg, Dioc. Osnabrück. Bärsch in AHVN I 152 autumat hunc parthenonem fuisse O. Praem., ac fundatum a canonia Clarholtensi. Reapse vero est confusio cum Lette, Leeden semper erat parthenon O. Cist.

MARIENBURG

Castrum St. Marie, Kreis Zell, Rhenania, Dioc. Trier. Schorn II 135 praetendit hoc asceterium fuisse O. Praem. Fontes et catalogi ordinis nesciunt, et ceteri auctores sicut et diplomata ipsius asceterii illud attribuunt Ordini Sancti Augustini. Cf. D. Clausen, Die Marienburg bei Alf a. d. Mosel, Trier 1903.

RELLINGHAUSEN

Prope Essen. Lacomblet II 255 parthenonem O. Praem. „Capele“, in diplomate illo anni 1241 occurrentem erronee identificat cum Rellinghausen.

Quem secutus est Fabricius V I 10. Revera Capele idem est ac Kappel prope Lippstadt, de quo vide supra. Rellinghausen erat semper canonia saecularis. Confer Stoppenberg. Errorem Lacombleti iam demonstravit Ribbeck in „Geschichte der Stadt Essen“ (1915) p. 32/33. – Cf. etiam Backmund, Neuere Forschungen 75/76.

